



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 93. Angelotti Cardinalis cædes

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

Sæcul. XV. **A.C. 1444.** stabilis pax Ecclesiæ redderetur. Decretumque fuit, ut ad ambos Pontifices mitterentur, qui eos ad novum Concilium quamprimum convocandum adhortarentur, nisi forte alia via commodior, & ad extirpandum schisma aptior inveniri posset. Novus quoque Conventus anno sequenti Francofordiæ celebrandus indicabatur, pro antiquo Germanorum Principum more, qui comitiis nondum absolutis, mox alia indicere solent. Non ergo sublata fuit Neutralitas, qua durante a Locorum Ordinariis beneficia conferebantur.

Monstrelet.
Vol. 2. c. ult.

§. XCIII.

Cardinalis Angelotti cædes.

Angelottus divitiis auctus, avaritiæ deditus audierat, eumque, cum quondam pomeridianæ quieti indulgeret, adolescens ejus cubicularius, quem a puero velut Filium nutrierat, opes illius aucupandi cupiditate excæcatus trucidavit. Ille, ut sicariæ hujus cædis suspicionem eo callidius a se amoliretur, Domini sui mortem insolito prorsus dolore plangere se simulabat; nihilominus quibusdam etfi levioribus duntaxat indiciis reum proidentibus, carceri datur, brevique facinoris confessio, quæ tormentorum acerbitate extorqueri non poterat, blandis verborum

borum lenociniis prolectata est. Non Sæcul. XV.
 deerant, qui afferere haud dubitabant, A.C. 1444.
 hunc hominem, etsi impacti criminis reus
 esset, rem tamen fortiter, probeque e-
 gisse, eo quod genus humanum a fordida
 hujus Prælati avaritia liberasset. In ho-
 sce laqueos infelix ultro delapsus, crimen
 suum fatebatur, eodemque anno die
 decima octava Aprilis suspensus, in qua-
 tuor partes, quæ ad præcipuas Urbis
 portas appensæ sunt, dissectus est. Vix
 non eodem tempore Eusebius Caymus
 Nobilis Mediolanensis in Cathedrali Ec-
 clesia Mediolani, jussu Philippi Ducis,
 trucidatus occubuit, afficto crimine, quod
 Ducis secreta Francisco Sfortiæ Gene-
 ro suo ac Veneti exercitus Ductori pro-
 didisset.

§. XCIV.

Sancti Bernardini Senensis obitus.

Hoc eodem anno die vigesima Maji *Platin. 83*
 S. Bernardinus Senensis Aquilæ in *Ciaccon. in*
 Vestinis, sive ut vocant, in Aprutio ex *Eug. 17.*
 hac vita migravit. Pater ejus itidem
 Senensis ex pervetusta Familia de Albi-
 ceschis, Tollus nuncupabatur, qui Mas-
 sam in Tuscia perveniens, in eadem civi-
 tate sedem fixit, uxoremque duxit Ne-
 ram cujusdam Nobilis Viri Filiam. Ber-
 nardinus primam lucem aspexit Anno
 salutis